Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

meum ego uero delectabor in dño Deficiant
peccatores a terra et iniqui ita ut non sint.
Benedic anima mea dño. ALEA.
Confitemini dño et inuocate nomen
eius annuntiate inter gentes opa
eius Cantate ei et psallite ei narrate omnia
mirabilia eius Laudamini in nomine sco
eius letetur cor quaerentium dnm Querite
dnm et confirmamini querite faciem eius semp
Memento mirabilium eius que fecit prodigia
eius et iudicia oris eius Semen abraham ser
ui eius filii iacob electi eius Ipse dns ds nr
in uniuersa terra iudicia eius Memor fuit
in seculum testamenti sui uerbi quod mandauit
in mille generationes Quod disposuit ad
abraham et iuramenti sui ad ysaac Et
statuit illud iacob in preceptum et israel in
testamentum eternum Dicens tibi dabo
terram chanaan funiculum hereditatis uestre
Cum essent numero breui pauciissimi et incole
eius Et peruagabantur de gente in gentem